in obviam illis peditum et equitum et flu
vius torrens erat in medium ipsorum.
Et amovit castra contra faciem illo
rum et populus eius. Et vidit populum trepi
dantem ad transfretandum torrentem.
et transfretavit primus. Et viderunt eum
viri et transierunt post eum et divisit populum
et equites in medio peditum. Erat autem
equitatus adversariorum copiosus nimis.
Et exclamaverunt sacris tubis et in fugam
conversus est cendebeus et castra eius. Et ce
ciderunt ex eis multi vulnerati. Residui
autem fugerunt in munitionem. Tunc vulne
ratus est iudas frater iohannis. Iohannes autem insecu
tus est eos. donec venit cedronam quam edi
ficavit et fugerunt usque ad turres que erant
in agris azoti et succendit eas igni et
ceciderunt ex illis duo milia virorum et reversus
est in iudeam in pace.
Et ptolomeus filius abobi constitutus
erat dux in campo hiericho et habe
bat argentum et aurum multum. Erat enim
gener summi sacerdotis et exaltatum est cor
eius et volebat obtinere regionem. Et co
gitabat dolum adversus symonem et filios
eius ut tolleret eos. Symon autem perambu
lans civitates que erant in regione iu
dee et sollicitudinem gerens earum descen
dit hiericho ipse et mathathias filius
eius et iudas. Anno centesimo septuage
simo septimo mense undecimo. hic mensis
est sabath. Et suscepit eos filius abi
bo in munitiunculam que vocatur doch cum
dolo quam edificavit. Et fecit eis convi
vium magnum et abscondit illic viros.
Et cum inebriatus esset symon et filii eius.
surrexerunt ptolomeus cum suis et sumpserunt
arma sua et intraverunt in convivium. et
occiderunt eum et duos filios eius. et quosdam
pueros eius et fecit deceptionem magnam
in israel et reddidit mala pro bonis;

Et scripsit hec ptolomeus et misit regi. ut
mitteret ei exercitum in auxilium et trade
ret regionem et civitates eorum et tributa.
Et misit alios in gazaram tollere iohannem.
et tribunis misit epistolas ut venirent ad se
et daret eis argentum et aurum et dona multa.
Et alios misit occupare civitatem ierusalem
et montem templi. Et precurrens quidam nun
ciavit iohanni in gazara quia periit pater eius
et fratres eius et quia misit te quoque interfici. Ut
audivit autem vehementer expavit et compre
hendit viros qui venerant perdere eum.
et occidit eos. Cognovit enim quia querebant
eum perdere. Et cetera sermonum iohannis et
bellorum eius. et bonarum virtutum quibus for
titer gessit. et edificii murorum quos stru
xit et rerum gestarum eius. Ecce hec scripta sunt
in libro dierum sacerdotii eius. ex quo factus
est princeps sacerdotum post patrem suum.
Explicit liber machabeorum primus;

Ubi accusus est antiochus rex in templo
nanee a sacerdotibus cum hiis qui secum erant.
De igne sacrificii qui fuit absconditus
in puteo.
De oratione neemie tenenda et quod regi
persarum manifestum sit miraculum factum.
Ubi archa domini et altaria inclusa sunt ab hiere
mia propheta et deinceps libri quos iason scripsit
in unum redacti.
Ubi simon detulit dona templi domini et mittitur
eliodorus ad auferenda.
Sacerdotes et populus orant dominum. ut deposita
custodiantur.
Quomodo eliodorus volens spoliare templum con
repressus sit.
Summo sacerdote oblato sacrificio pro eliodo
ro. orat ut a plaga liberetur.
De insidiis symonis proditoris contra oni

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0756
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG